

H
B
18
14(12)



H
D
B
A
V
(S)



EXCELLENTISSIMO
 PRINCIPI,
 DOMINO
D. GABRIELI
 PONCI DE LEON
 LENCASTRO,
 Duci de Baños Augustissimo:



*I*V equidem non cogitavi, cujus adumbram, Te vivo, Theses meae confugerent; eas etenim nondum mente bene conceperam, & jam Patronum Te suum recto plane consilio destinaveram. Victoriā mihi ominari licet, quam Tui nominis prima in fronte praefixum asserit auspiciū: & vero hoc sine ornamento omnibus equidem pulchriori foeda, monstrosa que facie prodirent in publicum Theses meae. Speculum Te amant praecclarissimum, ut eas multiplici errore laborantes componas. Ergo, quae nasci aliter non poterant, vix ortae Tuos ante oculos jure se conferunt,

Excellentissime Princeps. Habent in Te, unde faustum sibi horoscopum aspiciuntur. Te etenim Grande Sidus, Altum, Illustre quis non agnoscit? Beneficumque quis non demiratur? Lusitano in caelo nostrum Te habet Hemisphaerium, ac astra inter supremi ordinis, primaeque magnitudinis contemplatur; quin Majorum Planetarum luce egeas, ut splendeas; in hoc enim majoribus Tuis major evadis, ut & Hispanico, & Hemisphaerio sis unus satis Lusitano. Toto igitur penitus errarem caelo, si aliud praeter Te sidus Palladio in ponto observarem; indelebili Tuae tantum claritudinis lumine laureatae Jurisprudentiae in scopum securus accedam. Eligant alij sibi Patronos, mihi sufficis unus, & idem. Nec enim ad Patrociniū Tui radios, nomenque hoc leve equidem munus vereatur accedere; cum benignitas Tua in Hispanos, Lusitanosque, in exteros, ac domesticos non vulgariter excurrat: accipe ergo nostrum hoc, qualequale est donum; tenue quidem, si Tua cum magnitudine conferatur; at non leve, si ex offerentis animo metiri queat: proquinquos sentiat beneficentiae Tuae radios, licet à Te in altiori sphaera collocato longissime distet.

D. V. O. & C.

PRO
FESTIVA LAUREA,
DOCTORALIQUE CORONA
PROMERENDA

Cæsareo in pulvere nexilibus è palmis collectos

TRIUMPHOS,

EX
ELEGANTER, AC SUBTILITER NOTATIS
 ad Titulum ff. Quando dies ususfructus legati cedat;

Duce, & Auspice

NOBILISSIMO, PARITERQUE SAPIENTISSIMO
DOMINO

D. EMMANUELE DA GAMA
LOBO,

*Quem sanguinis claritudo omnium votis, & expectatione vaticinatur in purpuram;
 cujus Scientia, luminare tanquam majus, totam exornat Academiam; cujus ra-
 diis Primaria Juris Cæsarei splendescit Cathedra; cujus literis uberius
 illustratur Senatus Palatinus; quem denique Virtus in Judicem in Cau-
 sis Fidei, Merita in Eborensem Canonicum, Prudentia in Pontifi-
 cium Collegium, Rectitudo in illius Rectorem optavit, obti-
 nuit, ac emeruit; omnesque rectissimum Judicem, meri-
 tissimum Canonicum, sapientissimum Collegam, ad
 mirabilem Rectorem proclamant, fatentur,
 ac venerantur ad victricis gloriæ
 fastigium evehendum;*

ANTONIUS CARDOZO SEARA

Die 29 hujus mensis vespere, hora solita.

QUÆSTIO PRINCIPALIS
INQUIRIT:

*Utrum In Contractu conditionali detur actio ante existentiam con-
 ditionis? Negative.*

15
BY GUY P R O
FESTIVA LAUREA
DOCTORALIQUE CORONA
PROMERENDA

Catargo in pulvere nexilibus e palmis collectos

TRUUMPHOS

EX

ELEGANTER, AC SUBTILITER NOTATIS
ad Titulum A. Quando dies illustres legati cedat;

Duce, & Aspice

NOBILISSIMO, PARITERQUE SAPIENTISSIMO
DOMINO

D. EMMANUELLE DA GAMA
L O B O

Quem sanguinis claritudo omnium votis, & expectatione vaticinatur in purpureo
cujus virtute, luminare tantum majus totam exornat Academiam; cuius re-
diti primario Juris Casari splendide cedebat; cuius literis uberior
illustretur Senatus Pateris; quos dampno vitis in Judicem in Can-
sa Fides, Merita in Honoratum Canonem, Prudentia in Pontifi-
cum Collegium, Restitudo in illius Restorem optavit, ubi
nuit, ac emervit, amplexus et effusum Judicem, mtri-
tissimum Casanicum, Sapientissimum Collegium, ad
mirabilem Restorem proclamant, fatentur,
ac venerantur ad vobis gloria
fastigium cedendum;

ANTONIUS CARDOZO SEARA
Dica hujus mentis vespere, hora solita

QUESTIO PRINCIPALIS
INQUIRIT
Utrum in Contractu conditionali detur actio ante existentiam con-
ditionis? Negative

PALMAI.

Pro cessione diei, & pro contractu pure celebrato.

Ad Juris Consult. Ulpian. lib. 1. Reg. in L. Cedere diem 213. in princ. ff. de Verborum signific. & ad Imp. Just. in §. Omnis 2. Inst. de Verborum Obligationibus.



- 1 **V**ERBUM *Cedere* adjunctum verbo *Bonis* importat actum voluntarium, quo debitor, qui solvendo non est, desert omnia bona sua creditoribus.
- 2 Ad actiones applicatum importat translationem actionis ex legitimo titulo in alium factam per creditorem.
- 3 *Cedere diem*, seu *cessio diei* importat primum principium obligationis; & idem est, atque pecuniam, seu rem, de qua agitur, capisse deberi.
- 4 Ad cessionem diei non sufficit qualisqualis obligatio, sed requiritur propria, & absolute perfecta.
- 5 Requiritur etiam, quod detur actio certa, quæ aliquo modo possit moveri in judicio, quanvis sub metu poenæ plus petitionis.
- 6 Sed hoc, nisi ex aliqua speciali, accidentali, extrinsecavè causa impediatur exercitium actionis.
- 7 Stipulatio pura in jure nostro illa dicitur, quæ simpliciter celebrata nullam dilationem nec tacite, nec expresse incertam habet.
- 8 De stipulatione pura dicitur, quòd statim oritur vera, & perfecta obligatio, & actio in actu, & cum exercitio competit.
- 9 Exercitium actionis, quæ ex contractu puro resultat, statim non physice, sed civiliter accipitur.
- 10 Debitoribus pure obligatis commiserationis gratia tempus ad pecuniam suo creditori solvendam conceditur.
- 11 Etiam de Jure Regio debitoribus confessis indulgetur tempus, in quo ad solutionem faciendam pecunia quærat.
- 12 Ex constituto pure celebrato non statim competit actio cum exercitio creditori adversus constituentem.
- 13 Forma constituti, quoad obligandum, vires, & efficaciam accipit à prætoribus.
- 14 Licet constitutum fiat pure, attamen ex prætoris edicto tacitam semper continet conditionem.
- 15 Stipulatio operarum officialium est vere, & propriè conditionalis.
- 16 In stipulatione operarum artificialium liberti statim cedit obligatio, & operæ à tempore interpositæ stipulationis deberi incipiunt.

PALMA II.

Pro contractu in diem certum celebrato.

Ad Juris Consult. Paul. lib. 12. ad Sabinum in L. Centesimis 46. in princ. ff. de verb. oblig. & ad Imp. Justin. in §. Omnis 2. inst. eodem tit. de verb. obligationibus.

- 17 **I**n stipulatione celebrata in diem certum cedit dies
statim in limine contractus.
- 18 Et etiam statim oritur actio in habitu, & summo jure,
quæ moveri potest, nisi aliunde exercitium impedi-
atur.
- 19 Si debitor ante diem rem promissam per errorem sol-
vat, repetere non potest.
- 20 Obligatio in diem novari potest in puram, & invicem
pura in diem.
- 21 Sed quando stipulatio in diem novatur in puram,
statim legitime absque ullo exceptionis periculo agi potest, non vero e
contra.
- 22 Debitor in diem certum potest regulariter solvere ante diem, invito cre-
ditore.
- 23 Stipulatio partus nascituri, fructuum futurorum non est verè conditionalis.
- 24 Sicut neque stipulatio domus faciendæ verè, & propriè conditionalis non
est.
- 25 Sed quanvis ex his stipulationibus statim oriatur actio, tamen pro interim est
destituta omni exercitio ulque ad adventum quasi conditionis.
- 26 Venditio partus nascituri, fructuum futurorum non est verè conditiona-
lis.
- 27 Stipulatio partus nascituri, vel fructuum futurorum, non pendet ab illius nati-
vitate, nec ab istorum collectione tanquam à conditione suspensiva, sed tan-
quam à conditione resolutive.
- 28 Sicut similiter in venditione erit affirmandum.
- 29 In stipulatione operis faciendi dies non cedit, antequam ex parte promittentis
detur aliqua mora in opere inchoando.
- 30 In stipulatione operarum officialium, ut dies cedat, non solum requiritur indu-
ctio ex parte patroni, sed etiam mora in illis præstandis ex parte liberti.
- 31 In omnibus contractibus in diem certum præscriptio 30. vel 40. annorum non
incipit, antequam ipse dies certus advenerit.

- 32 Inter creditorem in diem, & conditionalem nulla datur æquiparatio ad agendum respectu obligationis.
- 33 Debitum in diem certum ante diei adventum compensari non potest.
- 34 Compensatio non est vere, & proprie peritio.
- 35 Compensatio proprie dicenda est, debiti, & crediti inter se contributio.
- 36 Potius naturam actionis, quam exceptionis obtinet compensatio.
- 37 Fidejussor in diem si ante adventum diei solvat, nec ideo poterit intentare legitimam actionem contra debitorem principalem statim.
- 38 Qui ante diem agit, male, & permaturus agit; qui vero ante conditionis existentiam, nihil omnino, seu inutiliter agit.

PALMA III.

Pro contractu conditionali.

Ad Juris Consult. Ulpian. in L. Cedere diem 215. vers. Sub conditione ff. de Verbor. signific. & ad Imp. Just. in §. Sub conditione 4. Inst. de Verbor. Obligat.



- 39 **E**X contractu conditionali, pendente conditione, nulla civilis, neque perfecta obligatio resultat.
- 40 Ideoque nulla actio neque in habitu, & summo jure erit admittenda.
- 41 Contrahens conditionaliter neque etiam conditionaliter agere potest.
- 42 Agens ex stipulatione conditionali, pendente inutiliter, existente postea conditione, legitime agit.
- 43 Conditionalis stipulator quoad aliquos effectus dicitur creditor pendente conditione.
- 44 Debitor conditionalis manet statim adstrictus creditori ante conditionem.
- 45 Ex contractu conditionali statim resultat spes debitum iri.
- 46 Quæ quidem spes est transmissibilis ad heredes, & contra heredes.
- 47 Admittimus retractionem in stipulatione conditionali à tempore existentis conditionis ad tempus celebrationis contractus.
- 48 Quæ retractio tantummodo locum habet quoad causas efficientes, non vero quoad causas materiales.
- 49 Si conditionaliter empta (pendente conditione) deficiat, non habebit locum retractio, quanvis conditio existat.
- 50 Rem propriam sub conditione quis stipulari valet.
- 51 Res sacra, publica, liber homo nec in stipulationem conditionalem deduci possunt.

- 52 In contractibus proprium est, ut contrahentes & sibi, & heredibus suis profectum velint.
- 53 Filium familias posse stipulari certissimi juris est.
- 54 In stipulatione condicionali facta à filio familias, licet tempore existentis conditionis emancipatus inveniat, admittimus retractionem.
- 55 Si res sub conditione promissa per errorem solvatur, interim dum conditio pendet, repeti potest.
- 56 Si obligatio pura novandi animo in conditionalem transferatur, non statim contingit novatio, sed cum conditio extiterit.
- 57 Et vice versa neque etiam obligatio condicionalis per aliam puram potest statim novari, sed spectandus erit adventus conditionis.
- 58 Creditor condicionalis, pendente conditione, potest petere cautionem debiti servandi gratia.
- 59 Sed hoc ita accipiendum est, si detur justa causa de novo superveniens.
- 60 In omnibus judiciis tam bonæ fidei, quam stricti juris, talis cautio peti potest.
- 61 Ex quo venit quod creditor condicionalis bene potest mitti in bonorum possessionem ex primo decreto, seu ex prima edicti parte.
- 62 Non potest vero mitti in bonorum possessionem ex secunda edicti parte.

PALMA IV.

Rursus pro eodem contractu condicionali.

Ad Juris Consult. Favolen. lib. 1. Epistolar. in L. Pecuniam 36. ff. de rebus creditis, & ad J. C. Paulum lib. 3. Questionum in L. Julianus 60. ff. de cond. indebiti.

63



I debitor pure obligatus jussu creditoris eandemmet pecuniæ quantitatem alteri sub conditione promittat, stipulatio illa facta primo creditori nec sub conditione contraria manet condicionalis.

64

Recipit tamen hæc stipulatio dilationem ex tacita contrahentium voluntate.

65

Neque primus stipulator, cui pure pecunia fuerat promissa, pendente conditione secundæ stipulationis, omnino legitime agere poterit.

66

Si iste unicus promissor primo stipulatori pecuniam per errorem solvat, non potest, dum pendet conditio, repetere.

67

Utrùm vero existente conditione teneatur solvere secundo stipulatori, licet primo

- 68 primo per errorem solvisset? Affirmandum. Tunc enim jam potest repetere à primo creditore, quod per errorem solvit.
- 69 Quando datur unicus tantummodo creditor, & duo debitores ejusdem rei, primus pure, secundus vero sub conditione; si primus per errorem solvat, pendente conditione, repetere potest per conditionem indebiti.
- 70 Sed ex hoc non venit, quod prima obligatio pure facta mutetur in conditionalem per secundam promissionem factam sub conditione.
- 71 Semper namque remanet pura, cum dilatione tamen temporis, virtute taciti pacti, quod aliquibus casibus resultare solet.

PALMA V.

Pro legato purè relicto.

Ad Juris Cons. Ulpianum lib. 2. ad Sabinum in L. Si post diem 5. §. 4. & in L. Heredis aditio 7. ff. Quando dies legati cedat.



- 72 LEGATA post mortem testatoris statim revocabili- ter confirmantur.
- 73 In legatis purè relictis statim dies cedit à morte testa- toris ante aditam hereditatem.
- 74 Quoad obligationis ortum, & actionis competen- tiam tantum cedit dies in prædictis legatis.
- 75 Cessio diei purè relicti non est tantummodo quoad effectum transmissionis.
- 76 Ex eo, quod dies cedit, legatum à morte testatoris transmissibile est.
- 77 Idem valet dicere in legatis purè relictis, diem cessisse, atque dicere, legatum debitum iri, & peti posse, adita hereditate.
- 78 Transmissio non est effectus substantialiter emanans ad cessionem diei, sed ab illa tantum accidentaliter proveniens.
- 79 Statim à morte testatoris inducitur à jure civili quædam persona ficta, quæ he- reditas jacens appellatur.
- 80 In hereditate jacente considerari possunt omnes actiones tam activæ, quam passivæ, quæ postea, adita hereditate, sunt competituræ.
- 81 Obligatio legati puri pendet ab aditione hereditatis tanquam à conditione re- solutiva, non vero tanquam à suspensiva.
- 82 Hæc actio pro legato puro competens in dictis terminis tantummodo in habi- tu erit admittenda, omni prorsus exercitio destituta.

- 83 Heredis aditio moram facit legatorum petitioni.
 84 Capax est hereditas jacens omnium eorum, quæ juris sunt, & in jure consistunt; non vero eorum, quæ facti sunt, & ex facto dependent.
 85 Ad instantiam legatariorum bonis hereditatis jacentis curator non conceditur, cum quo agat pro suo legato.
 86 Licet hujusmodi curator ad creditorum instantiam concedatur.

PALMA VI.

Pro legato in diem certum relicto.

Ad eundem Juris Consult. Ulpianum in d. L. Si post diem 5.

§. I. vers. Si vero ff. Quando dies leg. ced.

- 87 **D**IES legati in diem certum relicti statim cedit à morte testatoris.
 88 Statim pro hoc legato datur perfecta, & civilis obligatio, ex qua istud legatum à morte testatoris dicitur coepisse deberi.
 89 Huic obligationi præstandi legatum sit obnoxia hereditas jacens, & ab illa transfertur postea in heredem.
 90 Hereditas jacens quoad conservationem jurium, rerum, & actionum, quæ defuncti fuerunt, & quoad transmissionem talium jurium, rerum, & actionum, dicitur heredis gerere personam.
 91 Si legetur partus nasciturus, vel fructus futurus, statim à morte testatoris ex hoc legato resultat vera, & perfecta obligatio in legatarij heredem transmissibilis.
 92 Ante diem nativitatis, vel collectionis ad prædictum legatum nulla actio in actu exercito est admittenda.
 93 Ante existentiam diei legatum in diem rectè solvi potest, nec locus erit repetitioni.
 94 Legata in diem certum relicta ante diem adventum repudiari non possunt.
 95 Legatum in diem, & legatum conditionale non conveniunt inter se.
 96 In legatis relictis in diem certum, vel sub conditione præscriptio triginta, vel quadraginta annorum non incipit, antequam vel certus dies, vel conditio existat.

97. In legato sic relicto: *Quidquid Titius dare, facere oportet Sempronium, lego;* non comprehenditur illa pecunia Titio promissa, cujus dies adhuc moriente testatore non venisset.

PALMA VII.

Pro legato conditionali.

Ad eundem Ulpianum in d. L. Si post diem 5. §. 2. ff. Quando dies legat. cedat.

98



99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

CONDITIONALE legatum ante existentiam conditionis non incipit cedere.

Legatum sub conditione, decedente legatario ante illius existentiam, evanescit.

Legatarius conditionalis ante conditionis adventum agere non potest.

Legata conditionalia non possunt cum effectu novari, pendente conditione.

Legatarius conditionalis neque saltem quoad aliquos juris effectus est creditor.

Legatum conditionale, dum ejus pendet conditio, ad heredes legatarij non est transmissibile.

Legatum partus nascituri, vel fructus futuri, si ante horum nativitatem decedat legatarius, non evanescit.

Datur tamen in hoc legato tacita conditio, quæ transmissioni non obest.

Si ita legetur: *Stichum, vel quod ex Pamphilanatum erit, heres meus dato;* ante partus nativitatem dies non cedit.

Legatum Principi relicto sub nomine dignitatis nunquam potest deficere; quanvis hæc, vel illa regum persona ante diei cessionem supremum diem expleat.

Legatum Principi datum sub nomine proprio, hoc decedente ante diei cessionem, debetur successori.

Sed indiguit speciali Imperatoris Antonini constitutione, ut deberetur successori.

Legatum alternativum cum expressa eligendi facultate relicto de rebus, quæ jam de præsentibus eligi possunt, ut purum ad heredes est transmissibile.

Legatarius conditionalis potest petere cautionem pro securitate sui legati.

Etiamsi nulla detur justa causa de novo superveniens.

Et sicut si heres nolit cavere, potest legatarius mitti in bonorum possessionem.

Ita etiamsi heres resistat missioni, competit legatario actio in factum ad consequendum illud, quod sua interest.

PALMA VIII.

Iterum Pro legato conditionali.

Ad J. C. Ulp. lib. 24. ad Sab. in L. 3. §. 4. & ad Jul. C. Jul. lib. 37.

Digest. in L. Si legatum 10. ff. d. adimendis legatis.

115



LEGATUM purè relictum, si simpliciter sub conditione à testatore adimatur, non remanet purum, sed conditionale sub contraria conditione.

116

Legatum purè datum sub conditione à testatore translative ademptum non fit conditionale respectu primi legatarij, sed remanet purum.

117

Hoc legatum purè relictum, in aliud sub conditione translatum, statim peti potest à primo legatario; præstita tamen cautione de eo restituendo in eventum conditionis.

118

Debitum purè celebratum; quanvis sub conditione legetur, legitime. & sine exceptionis periculo statim peti potest.

119

Si testator ita legaverit: *Titio lego centum, si Mevius adierit hereditatem.* non dabitur legatum verè, & propriè conditionale,

120

Legatum sub hac forma relictum: *Titio, si volet, lego centum.* est vere conditionale.

121

Eadem conditionis expressio, si in extraneis heredibus opponatur, non mutat dispositionem; aliter vero in suis, & necessariis opposita.

122

Exheredatio filij in potestate facta sub illa conditione: *Si heres adierit hereditatem;* est conditionalis, sed invalida.

123

Exheredatio ista in his terminis quoad ordinem intellectus non præsupponitur prior heredis institutione.

124

Heredis institutio quoad ordinem intellectus est prior legatis fideicommissis, & libertatibus testamento relictis.

125

Heredis institutio non est prior exheredatione filij in potestate facta.

126

Si legatum ita fiat: *Titio lego centum, si Mevius voluerit;* non valet tale legatum.

127

Si testator tamen dicat: *Titio lego centum, si Mevius Capitolium accenderit;* dabitur verum legatum conditionale.

128

Conditiones extrinsecus, & ex natura rei provenientes non officiant dispositioni conditionali.

129

Nonnunquam conditiones tacite provenientes officiant dispositioni.

130

Servus proprius testatoris sub conditione legatus non potest ab herede (dum pendet conditio) manumitti.

H
B
18
14(13)

PALMA IX.

Pro contractu in diem certum celebrato, & legato in diem incertum relicto.

Ad J. C. Paul. lib. 2. ad Vitel. in L. si dies 21. ff. quando dies leg. cedat.

131
132
133
134
135
136
137
138
139
140



DEBITOR in diem incertum, invito creditore, solvere nequit.

In stipulatione celebrata in diem incertum non statim oritur aliqua actio, vel obligatio.

Si debitor in diem incertum ante diem per errorem solverit, potest repetere.

Per hæc verba: *Cum morietur promissor*; non fit stipulatio conditionalis.

Dies mortis appositus in stipulationibus nullam inducit incertitudinem validitati contractus.

Omnis conditio est dies incertus; sed non omnis dies incertus est conditio.

Neque purè, neque in diem incertam, vel certam potest servus hereditarius usufructum stipulari.

Legatum in diem incertum relicto non cedit, antequam adveniat talis dies.

Et si legatum in diem incertum ante diem petatur, nihil agetur.

Si legatarius ante hujus diei adventum decesserit, legatum, utpote caducum, ad heredes ipsius non transmittitur.

CONIMBRICÆ:

Ex Typ. in REGALI ARTIUM COLLEGIO Soc. JESU
Anno Domini 1722. Cum facultate Superiorũ.



D. V. & C.

PALMAM

Pro contractu in diem certum ce-
lebrato, & legato in diem in-

Ad J. C. Ulp. lib. 24. ad leg. m. l. 2. §. 4. ad J. C. Jul. lib. 37.

Digest. in L. certum relicto.

Ad J. C. Paul. lib. 2. ad Vitel. in L. si dies 2. §. quando dies leg.

131

EBITOR in diem incertum, invito creditore,



solvere debet.

In stipulatione celebrata in diem incertum non fit

timor alius actio, vel obligatio.

Si debitor in diem incertum in diem per errorem

solvit, potest repetere.

Per hoc verba: Cum mortuus fuisset, non fit si-

putatio conditionalis.

Dies mortis apponitur in stipulationibus nullam in-

ducit incertitudinem validitati contractus.

Omnis conditio est dies incertus: sed non omnis dies incertus est conditio.

Necque pure, necque in diem incertum, vel certum potest servari hereditarius

usufructus stipulati.

Legatum in diem incertum relictum non credit, antequam adveniat talis dies.

Est legatum in diem incertum ante diem petatur, nihil agitur.

Si legatus ante hunc diem advenit decesserit legatum, utpote caducum, ad

heredes ipsius non transeat.

132

CONIMBRICÆ

Ex Typ. in REGALI ARTUM COLLEGIO SOC. JESU

Anno Domini 1722. Cum facultate Superiorum.

133

134

135

136


137

138

139

140





278

inclusiones
in
Villis